THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 33v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



habui socios simili mecum perditionis tunicae gradientes. Itaque tres eramus. A lumine trinitatis quia longo exilio quo nostra mala nos constrinxerant peregrinantes. et unitatis damnosae pacta sectantes. Cum quo miseratori omnium deo placuit mortiferum uitae nostrae cursum pie salutifere arrectionis obstaculo reuocare. tali uisione me dignatus est de te. Videbam quo et ecce dns uictoriosa sede sublimis. angelicis agminib; et sanctorum choris circumseptus apparebat. uelut de uindicta cuiuslibet illatae uiuiae tractaturus. Territus ergo tantae praesentia maiestatis. quae ibi dicebantur trepidus audire cupiebam. Vnus itaque de meis sociis meis sermonem sumens. tali praesentes uoce alloquitur dicens. Vide isto qui nos praesens aspicit. et eius duobus sociis quo iudicio digni sint. uolo ut decernatis. quia nullo timoris mei respectu praeuisitatis finem ponere. nullo mei amoris affectu ad aliqua bona se uolunt conuertere. Saepe illos ut adhuc redirent diuersis monitis instaui. diu eorum pertinaciam tolerauit. nullum meis emendationis effectum inueni. Ad haec dissimili iudicis uerba. praesentia sanctorum responsa sunt reddita. et iure damnationis sententia plata est. Stabam trepidus et ecce dei gloriosam genitricem et perpetuam uirginem mariam tronum filii sui adire conspexi. et his prime apud eum uerbis interuenientem audiui. Iusto inquit filii pie clementia tua exoro. ut hanc erga eum damnationis sententiam mitiges. quia licet peccauerit. tamen laudibus horas meas dicendo studio cotidiano uacauit. Lege et eum tua iustissima sanctitate nullum omnino bonum quamlibet parvum irremuneratum pure. Hic autem licet peccator. tui boni tanti quo mihi seruiuit nec dum aliquid mercedis recepit. Quae ob gratiam meam. quia ob propria merita ad dictum mortis. Statim quo uidens benigno annuens uultu. fiat inquit dulcissima mater ut tibi placet. Tuis enim petitionibus annuens promitto ei salutem perpetuam. me largiturum. si uel modo eius correctionem aspexero. His dictis. mater salutis ad me conuersa ait. Vade et amplius noli peccare. ne deterius tibi aliquid contingat. Postquam quo senatus ille celestis solutus est. et ego tribuli uisione sublata mihi sum redditus. praetereunte uitam meam celeri conuersione mutaui. et residuum uitae meae tempus huic quia uinebis uides conuersaui dicaui. Porro socii mei qui mecum damnationis sententiae addicti sunt. ut ipse post cooperti deteriorib; studiis in